



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 103. Lautrecus Mediolanum movens, mox vero reversus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. duobus Italorum millibus totidemque
A.C. 1522. Germanis propugnabat, in alteram ve-
 ro sese incluserat Columna cum septin-
 gentis Cataphractis, totidemque levis
 armaturæ equitibus, ac duodecim pe-
 ditum millibus.

§. CIH.

*Lautrecus Mediolanum movens, mox
 vero reversus.*

Eodem tempore Gallis adhucdum Me-
 diolanensis arx parebat, quo circa
 Columna, ne illius præsidium subsidiis
 juvaretur, eam dupli vallo fossaque
 circumdare, ac exercitum suum inter-
 medium collocare constituit. Nihilomi-
 nus Latrecus urbi appropinquabat, ho-
 stium castra exploraturus. Verum ubi
 propugnacula valide munita cernebat,
 eaque vi superare desperabat, sese fuga
 proripere decrevit: Cum autem de fu-
 gæ suæ ratione meditabundus ibi hære-
 ret, Columna illum conspiciens tormentum,
 quod colubrinum vocant, aggeri
 impositum explodi jussit, cujus globo
 Marcus Antonius Columna Prospieri Ne-
 pos, ac Gallico levioris armaturæ Equi-
 tatiui præfectus, necnon Camillus Tri-
 vultius Spurius ejusdem nominis Ma-
 rescalli filius trajecti occubuerunt.

e M

Prius

Priusquam vero Lautrecus sese re- Sæcul. XVI.
A.C. 1522.
 ciperet, circum circa Pistrina destrui
 jussit, urbem famis violentia ad dedi-
 tionem compulsurus. Hunc in finem a-
 quarum cursum alio divertit, ratus, hac
 via hostium agmina brevi dispergenda,
 quibus peractis Cassani castra metaba-
 tur, cui etiam Joannes Medicæus tria
 peditum millia ac ducentos equites ad-
 duxit. Tunc primum Lautrecus nunci-
 um acceperat, quod Franciscus Sfortia
 Tridento cum sex Germanorum pedi-
 tum millibus abierit, ac Veronensi &
 Mantuana ditione obliquo itinere supe-
 rata Placentiam venerit, eidemque
 Mantuae Marchio cum suis Cataphra-
 ctis sese adjunxerit, nilque proprius fuerit,
 quam ut Papiam, ac demum prima,
 quæ sese offerret, opportuna occasione
 Mediolanum contenderet. Huic transi-
 tum intercludendi desiderium tam ve-
 hementer agitabat Lautrecum, ut ca-
 stra movere decerneret.

§. CIV.

*Morentiacus Lescuno Marescallo
 occurrens.*

Sub idem tempus nunciatum est Lau-
 treco, quod Lescunus Marescallus
 ejus Frater e Francia redux, necnon
 pecuniariis subsidiis auctus quosdam pe-

M 3 dites